

REGISTRUM

EPISCOPATUS MORAVIENSIS


EX CODICIBUS CODICIBUS CONSARCINATUM

CIRCA A.D. MCCCC.

ET CONTINUATIONE DIPLOMATUM RECENTIORUM

USQUE AD A.D. MDCXXIII.

EDINBURGI. M.DCCC.XXXVII.



ASS. DOCS: RUTHVEN BARRACKS

NN 79 NE

REGISTRUM MORAVIENSE.

189

tuli nostri et canonicorum nostrorum subscriptionibus presentibus est appen-
sum. Datum apud canoniam de Elgyn in Moravia .xviii. die mensis Julii .
anno Domini .m^o.ccc^o. septuagesimo octavo . Ego Robertus de Sancto
Claro decanus Moraviensis subscribo . Ego Willelmus de Spyni precentor
Moraviensis subscribo . Ego Willelmus de Cheshelme thesaurarius Mora-
viensis subscribo . Ego .W. de Brys subdecanus Moraviensis subscribo .
Ego Johannes de Arde succentor Moraviensis subscribo .

11 OCT 1380

Declaratio quod terre Episcopi Moraviensis in le Badenach non tenentur de
Domino de Badenach .

- 59 In Dei nomine amen . Noverint universi presentes pariter et futuri quod
anno Domini .m^o.ccc^o. octogesimo . indictione tertia . mensis Octobris die
undecima . pontificatus domini Clementis divina providentia pape septimi
anno secundo . regnante tunc in Scotia excellenti principe domino Roberto
Senescalli eadem providentia Rege Scotorum secundo et regni sui anno de-
cimo . illustri viro domino Alexandro Senescalli domino de Badenach dicti
domini nostri Regis filio et ipsius locumtenente in borealibus partibus regni
tenente curiam suam apud stantes lapides de Ester Kyngucy in Badenach X
Moraviensis dyoceseos . et sedente ut domino inter vassallos suos et subditos
ad jura reddenda ut dicebatur . assistentibus sibi nobili viro Willelmo de
Camera clerico justiciarie domini nostri Regis secretario illius domini Alex-
andri et sigillifero . dominis Alexandro Man et Martino de Caldor Rossensis
ecclesie archidiacono et cancellario . Roberto de Apyltoun burgeni de In-
ueruys et aliis citatis per Johannem Gray laycum marum de Badenach ad X
ipso die et locum liberetenentibus de Badenach et aliis sectas sequelas
comparationem vel servitia curie regalitatis de Badenach [debentibus affig-
natos] per literas ipsius domini Alexandri de precepto . quarum literarum
tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis . Alexander Senescalli domi-
nus de le Badenach dilecto nostro Johanni Gray salutem . Scias nos tibi con-
cessisse plenam potestatem ad citandum omnes et singulos tenentes qui ali-
quam terram tenent infra metas nostre regalitatis de Badenach . dando tibi
speciale mandatum per presentes in premissis et ratum habendo quicquid su-
per predictis legitime duxeris faciendum . unde tibi districte precipiendo mau-

damus quatinus cites reverendum in Christo patrem dominum Alexandrum Dei gratia episcopum Moraviensem apud Logachnachen loco legitimo . et distincte apud Ardinche per se . etiam apud terram ecclesiasticam de Kingucy . apud terram capelle de Rate . apud terram capelle de Nachtan . apud terram episcopi de Kyucardyn . ad quemlibet locum diversimode et diversis testibus . item apud terram de Gartinenagally tenentem ejusdem . apud Kyucardyn tenentem ejusdem . quod compareant coram nobis apud le standand stanyz de le Rathe de Kyngucy esse decimo die mensis Octobris proximo futuro . ad ostendendum nobis per quas evidencias dictas terras infra metas nostre regalitatis predictae tenere se clamant . ad faciendum ibidem hoc quod postulaverit ordo juris . et sis ibidem habendo tecum has literas nostras et tue citationis testimonium secundum tenorem hujus mandati nostri . In cujus rei testimonium presentibus sigillum nostrum precepimus apponi apud castrum de Ruthan . xiiii^o die mensis Julii anno Domini millesimo tricentesimo octogesimo . Comparentibus igitur predictis tandem sectis vocatis et ex more firmata curia . reverendus in Christo pater dominus Alexander Dei gratia episcopus Moravienensis associatus honeste gressus suos direxit ad curiam et stans extra curiam indicto silentio ea que sequuntur modeste protulit . sic exorsus . Premissa protestatione quod pro ista comparentia vel aliqua alia que hic dicemus vel faciemus non intendimus vos illustrem virum dominum Alexandrum Senescalli dominum de Badenach recognoscere ut dominum superiorem terrarum quas ecclesia nostra Moravienensis et nos tenemus in Badenach . set quia devenit ad notitiam nostram quod vos prout vobis placuit fecistis nos citari in dictis terris nostris ad diem istum et locum ad ostendendum vobis qualiter terras illas tenemus . idcirco in omnium hic presentium notitiam deducimus quod nos dudum de mense Augusti ultimo preterito in capella beate Marie de Inuernys coram domino nostro Rege et viris illustribus dominis de Carryk et de Fyfe comitibus domini nostri Regis filiis . domino comite Moravie . reverendo in Christo patre domino Johanne Dei gratia episcopo Dunkeldensi cancellario Scocie . Johanne Lyone camerario Scocie . Thoma de Erskin . Roberto de Cheshelm militibus et multis aliis vos dominum Alexandrum et curiam vestram disclamavimus et dominum nostrum Regem acclamavimus . et jam hic iterato dicimus et proponimus quod dictas terras scilicet de Ratmoreus et Logykeny . de Kingucy . de Inche et de Ardinche et capellarum de Rate

REGISTRUM MORAVIENSE.

185

de Nachtan et terram de Kyncardyn et earum quamlibet ecclesia nostra
oraviensis et nos tenemus de domino nostro Rege Scocie et negamus
s terras illas vel earum aliquam de vobis tenere . et ideo vos et curiam
stram disclamamus et dominum nostrum Regem et curiam suam invoca-
us et acclamamus . et super istis petimus in testes vos dominum Alex-
drum et omnes assistentes et te notarium quod inde nobis facias publicum
eumentum . Et idem dominus Alexander respondit quod super ista
clamatione alias libenter perhiberet testimonium requisitus . et quia
is non obstantibus idem dominus Alexander fecit dictum dominum Epif-
pum vocari in curia sua pro dictis terris idem dominus Episcopus rediit
dictam curiam a qua se parum non elongaverat et indicto silentio exten-
plegium in manu dicti domini Alexandri non tanquam domini de Ba-
nach sed tanquam vicecomitis de Inuernys quod vigore disclamationis
te tenebatur cessare ab ulteriori processu contra ipsum et ecclesiam
m et a sententia iudicio vel decreto recognitione terrarum ipsarum
matione et quacunq[ue] alia districtione . quod plegium recipere dictus
minus Alexander denegavit . et tunc idem dominus Episcopus illud
m plegium in defectu vicecomitis de Inuernys optulit et extendit in
nu dicti Willelmi de Camera clerici justiciarie domini nostri Regis tan-
um ministri Regii . qui Willelmus illud recipere etiam denegavit . et
a non erat alius presto minister Regius idem dominus Episcopus illud
gium extendit et invenit in manu Roberti de Galbrath massarii domini
tri Regis presentis ibidem . qui plegium illud recepit . et tunc idem
minus Episcopus non longe a curia se retraxit . Et quia adhuc dominus
xander continuavit processum contra ipsum rediit ad curiam et dis-
mationem factam cum protestatione premissa et extensiones plegiorum
ctorum per ipsum . et qualiter repulsa fuerant per dictum dominum
xandrum Senescalli ut vicecomitem de Inuernys et dictum clericum
iciarie domini nostri Regis . in facie curie et Patricii de Crauford vice-
ntis de Banf . qui jam recenter post predicta ipsi domino Episcopo illata
licebat gravamina curiam intraverat . recitavit . et in manu sua tan-
m ministri Regii licet alterius territorii presatum plegium optulit et ex-
lit . qui Patricius illud admittere denegavit . Et quia demum in dicta
a latum fuit contra dictum dominum Episcopum quoddam iudicium
decretum de saisinando terras predictas preter terram de Rathmoreus
manu dicti domini Alexandri . idem dominus Episcopus ad curiam rediit

et monuit ac inhibuit primo secundo et tertio ne aliquis minister dicti domini Alexandri ad dictas terras accederet ad saylinandum recognoscendum vel aliquid aliud attemptandum in prejudicium corone regie et regalis dignitatis et jurisdictionis vel in lesionem libertatis ecclesie Moraviensis et suam sub pena omnium que contra dominum nostrum Regem amitti poterant . et sub comminatione quod ipse contra tales procederet tanquam invasores rerum ecclesiasticarum et sacrilegos ac raptores protectionis regie et apostolice violatores per omnimodam censuram ecclesiasticam et per omnes alias vias quibus arctius posset de consuetudine et de jure . Super quibus omnibus idem dominus Episcopus peciit per me notarium infra scriptum fieri publicum instrumentum . et super hoc testes invocavit dictum dominum Alexandrum et omnes prenominatos ac ipsam curiam totam . et sic recessit . In crastino vero scilicet duodecimo die mensis et anni predictorum ante prandium in castro de Rothven in le Badenach Moraviensis dyocesis primo in capella et post in camera magna post aulam . constitutis ibidem personaliter eodem reverendo in Christo patre domino Alexandro Dei gratia Moraviensi episcopo et dicto domino Alexandro Senescalli domino de Badenach . dum ipsi ad invicem loquerentur super dicto processu facto die precedenti contra dictum dominum Episcopum et de quodam judicio sive decreto dato in curia tenta . et Episcopus ipsum dominum Alexandrum et assessores et consiliarios suos argueret super ipsius processus et judicii sive decreti iniquitate ymmo verius nullitate . multa que hinc inde dicerentur . tandem ipse dominus Alexander plene informatus . deliberatione prius habita cum consilio suo de quo tunc erant Patricius de Crauford . Willhelmus de Camera . Alexander Man . Martinus de Caldor . et Robertus de Apylton scripti superius . et dominus Willhelmus de Fodryngam miles qui jam recenter ad ipsum dominum Alexandrum venerat . et de istorum concordii consilio . totum suum processum et dictum judicium seu decretum latum sive datum in curia tanquam perperam factum et datum quantum de facto processerant revocavit et annullavit et pro revocatis et annullatis ymmo magis de se nullis et per non judicem suum factum habuit et haberi voluit pro se et successoribus suis dominis de Badenach futuris . In quorum signum totum illum processum cum decreto per dictum Willhelmum de Camera secretarium suum et sigilliferum de rotulo curie illius diei abscissum idem dominus Alexander mihi notario infra scripto tradi fecit comburendum . quem processum cum decreto in presentia dominorum dictorum Episcopi et Alex-

REGISTRUM MORAVIENSE.

187

andri et aliorum proxime nominatorum . de mandato ipsius Alexandri . et in presentia dominorum Roberti de Sancto Claro decani et Alexandri de Urchard canonici Moraviensis . Johannis Gray vicarii de Artildol . Gilberti . Patricii . et Donaldi de Kinguey et de Logykeny et de Kyncardyn perpetuorum vicariorum . Richardi filii Willelmi capellani . Gilberti de Glencharny domini ejusdem . Andree Fauconere de Lethinvar . et Hugonis de Ros de Kylrawoc baronum . Malcolm le Graunt . David Reede . Johannis de Brothy . Thomelini Herys . Ferchini et multorum aliorum clericorum et laycorum . in ignem copiosum in dicta camera accensum ego notarius infra scriptus propriis manibus concremandum posui . de utriusque partis mandato speciali . et una cum predictis omnibus igne voratum et consumptum vidi . in signum et memoriale perpetuum quod domini de Badenach nichil petant aut petere habeant in futurum ab episcopo vel ecclesia Moraviensi pro terris memoratis . Super quibus omnibus idem dominus Episcopus petiit per me notarium infra scriptum sibi fieri publicum instrumentum seu publica instrumenta . In quorum omnium firmum et indubitabile testimonium presentes literas in formam instrumenti publici redactas idem dominus Alexander Senescallus sigilli sui fecit appensione muniti . Datum et actum ut supra presentibus testibus memoratis .

Et ego Willelmus de Spyneto clericus Moraviensis dyocesis publicus imperiali auctoritate notarius premissis omnibus et singulis dum ut premittitur agerentur et fierent una cum predictis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi et per alium scriptum in hanc formam redegi signoque meo solito et subscriptione signavi in testimonium omnium premissorum .

Carta terre in burgo de Elgyn .

- 160 Univerſis Chriſti fidelibus ad quorum notitiam preſens ſcriptum pervenerit Alexander Dei gratia episcopus Moraviensis eternam in Domino salutem . Noverit univerſitas veſtra nos una cum conſenſu et expreſſa voluntate capituli noſtri dediffe conceſſiſſe et ad ſeodifirmam dimiſiſſe et hoc preſenti ſcripto confirmaffe Andree filio Roberti burgenſi de Elgyn . heredibus ſuis et ſuis allignatis duas perticatas burgagii jacentes ex parte boreali burgi de Elgyn inter terras Henrici vitrearum ex parte orientali et occidentali cum